



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Anno M.D.LXXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

to. Idemq; iusiurādum in omnibus ditionis eius Parœciis, quæ octoginta numerabātur, exactum, ac præstitum est.

Anno 1583. cum sanctus Cardinalis Borromæus accepisset à Pontifice Helueticas oras præcipua cura tuendas, vehementer lætatus est Optimus Præsul fati iam pridem sibi notum adesse Friburgi Canisium: scripsitque ad eum rogans, vt quæ ex vsu procurationis eius fore censeret, pro sapientia sua, & caritate significaret: cupereq; se cum eo sæpius de negotiis regionū illarum, quæ spiritualem ædificationē (sic enim loquebatur) continerent, per literas agere. Cui vicissim Canisius consulto Præposito Generali, quod in se esset opis sponndit; & quædam etiam, quæ consilio cum aliis Patribus habito, visa erant, (vt nūquam vni sibi credebat) sancto Cardinali significauit. Ita veteri suo more non præsentibus modò, sed & absentibus consulebat. Tempore eodem in Urbem misit commētarium nouum, (multa enim talia sæpe ante miserat) de ratione religionis in Germania subleuandæ. Multa etiam ad Generalem Præpositum de Societatis curando profectu, quod ille postulauerat, scripsit: in quibus dū perfectam

1583.

S. Cardinalis  
Borromæus  
eum magni  
facit.

Scriptis & Rē  
publicā & So-  
cietatem iuuat.